



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2194. Ruprecht, Erzbischof zu Magdeburg, sichert der Stadt Zerbst,
nachdem Richard von Zerbst seine Herrschaft an die Grafen von Barby
verkauft, die erlangte Zoll-Freiheit zu, am 8. April 1264.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2194. Ruprecht, Erzbischof zu Magdeburg, sichert der Stadt Zerbst, nachdem Richard von Zerbst seine Herrschaft an die Grafen von Barby verkauft, die erlangte Zoll-Freiheit zu, am 8. April 1264.

Robertus, dei gratia Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus, omnibus has literas inspecturis in perpetuum. Que pro diuturnitate temporum moriuntur a nobis et jam excidunt, scripture memoria longius supervivunt. Quapropter recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod in venditione civitatis, castri et terre Scerwift, et bonorum ibidem adjacentium ad eandem pertinentium civitatem, facta viris nobilibus Dominis de Barboy, Burchardo et Waltero, nostris avunculis, Dominus Richardus de Scerwift, curie nostre Pincerna, non immemor libertatum civitatis ejusdem, immo reducens ad memoriam privilegii cujusdam seriem gratiosam, qua Burgenfes ibidem a theloneo sunt exempti, et cupiens ipsos in eadem libertatis gratia conservare, ne quis venire in posterum contra privilegium hoc attemptet, in contractu venditionis premissa fecit de theloneo hujusmodi mentionem, quod nunquam propter aliquam causam, que futuris evenire posset temporibus, illud debeat in eorum prejudicium et gravamen de cetero renovari, quod pro bono illorum et commodo est utiliter relaxatum; prefertim claustrum et Hospitale eadem gaudebunt gratia, et fruentur suo juro et libertatibus, quibus gaudebant ad hec tempora, Domino Richardo de Scerwift eorum domino existente, ad cujus observantiam nostri avunculi se fide data manualiter obligarunt. Ut autem nihil interveniat, quod contractum dirimat et dissolvat, presens scriptum damus Burgenfibus sepe dictis in testimonium, nostro et avunculorum nostrorum, et Domini Richardi de Scerwift sigillis inviolabiliter communitum. Datum Magdeburg, A. D. MCCLXIV. presentibus illustribus Principibus Dominis Bernhardo et Sifrido, Comitibus de Anhalt, et ceteris nobilibus fratribus confederatis, nec non et innumeris militibus eorundem. VI. Id. April. Pontificatus nostri anno IV.

Aus der Gundlingschen Sammlung.

2195. Die Herzogin Helena von Sachsen mit ihren Söhnen Johann und Albert schließt einen Vertrag mit den Grafen Guncelin und Helmold von Schwerin und verlobt dem letzteren ihre Tochter, wogegen die Grafen der Herzogin Land, Stadt und Schloß Parchim bis zur Brandenburger Grenze abzutreten versprechen, am 23. Nov. 1264.

In nomine patris. Elena, dei gracia Westfalie et Saxonie ducissa, omnibus hoc presens scriptum intuentibus salutem. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum processu temporis et ne possit ipsis in posterum opponi calumpnia, scripturarum solent memoria perhennari. Sane sciant universi et presentibus protestamur, quod nos et filii nostri Johannes et Albertus, Saxonie duces, super amicitia et pacis confederacione inviolabiliter observanda cum viris nobilibus Guncellino et Hel-